



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nucleus Juris Canonici**

**Thenhaven, Bernhard**

**Coloniæ Agrippinæ, 1739**

XXX. De Confirmatione utili vel inutili. D. 9.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63382](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63382)

quia per citationem est præventus, adeo-  
que per se vel per Responsalem juri stan-  
tenetur. Videtur tamen arreptio itinero-  
post citationem posse habere vim recu-  
fationis Judicis.

## T I T U L U S XXX.

*De Confirmatione utili vel inutili.*

1. CONFIRMATIO est juris priùs habitu-  
quæsiti, v. g. per Electionem, con-  
tractum, transactionem, privilegium, ser-  
tentiam, aliūmve actum à legitimo Su-  
riore facta corroboratio; potestque fieri  
vel in *forma communi*, quando Superior  
nullâ præcedente causæ cognitione actum  
ab inferiore gestum confirmat in eo statu  
in quo antea fuit; vel in *forma ſpeciali* seu  
specifica, quando fit cum perfecta acutus  
notitia, pensatis circumstantiis, v. g. si Re-  
scripto confirmatorio tenor totius instru-  
menti vel dispositionis inferatur, aut clau-  
ſula: *Ex certa scientia*; *ex plenitudine po-*  
*testatis*; *supplentes omnem defectum iuri*  
*ſi forte intervenierit*; vel: *Non obſtan-*  
*quacunque lege aut consuetudine in contri-*  
*rium*, & similes.

2. Porro licet utraque in eo conveniat  
quod, si sit *Utilis* seu *valida*, i. e. ad vera  
narrata sit concessa, per utramque cor-

roboretur actus; in eo tamen differunt, quod prior seu in forma communi tantum jus vetus seu actum validum confirmet; nec actum de se invalidum roboret, sed in sua nullitate relinquat: Posterior autem seu in forma speciali novum jus tribuat actui, & saepè ex invalido faciat validum supplendo defectus, quia æquivalens novæ concessionis. Hinc si Privilegia alicui Ordini olim concessa, & postea per Papam vel Trident, revocata, nunc iterum confirmentur in forma communi, per hoc non reviviscunt; secus, si denuo confirmentur in forma speciali, v.g. cum clausula: *Non obstante eorum revocatione.* Dixi: *Si sit utilis;* quia si sit *Inutilis*, i.e. sub - vel obreptitiè obtenta, narrato scilicet falso, aut suppresso vero, quod de jure erat exprimendum, v.g. tacito, quod res sit litigiosa; quod sit in præjudicium Tertiū, cui jus quæsitum; quod sit Religiosus, pro quo petitur, juxta c.i. 6. & ult. b.t. nihil operatur.

3. C.i. b.t. decernitur: „Si quis rei litigiosæ confirmationem impetravit ab Apostolica Sede, non minus potest Judex de causa cognoscere, & eam fine debito terminare; sed si rem pacifice posseidebat, & inde confirmationem obtinuit, non est tutum aut licitum Judici

„de quæstione suborta sine mandato  
 „Rom. Pontificis decernere, aut eam de-  
 „finire. Item C. 2. Contra Confirmatio-  
 „nes Rom. Pontificis, nisi novum Apoll.  
 „Sedis mandatum procedat, aut certum  
 „sit, quòd ipsæ confirmationes per falsam  
 „sint suggestionem obtentæ, non est ali-  
 „quatenus judicandum.

4. Unde effectus confirmationis sal-  
 tem in forma speciali est, quòd impedi-  
 ne inferior cognoscere valeat de causa  
 confirmata. *An verò idem operetur con-*  
*firmatio in forma communi?* Aliqui ne-  
 gant, eò quòd nihil juris de novo tribuat,  
 uti nec innovatio materialis privilegio-  
 rum vel instrumentorum, per vetustatem  
 quasi consumptorum, auctoritate Supe-  
 rioris facta, quæ solum deservit ad faci-  
 liorem rei probationem. Alii communius  
 affirmant, eò quòd h. t. id indistinctè sta-  
 tuatur; ac quoties Superior manum ap-  
 ponit in aliqua causa, censeatur eam ad  
 se avocare, & Imp. dicat: *Omnia nostra*  
*facimus, quibus auctoritatem nostram im-*  
*partimur;* denique quia alias nihil ope-  
 raretur, cùm actus per eam nullum ro-  
 bur acciperet.

5. Nihilominus Judex inferior potest  
 cognoscere & contra confirmationes  
 Apostolicas decernere incidenter & ac-